



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**


IV. Practicæ Resolutiones circa præmissa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

C A P V T I V .

Praxis circa materiam de Feudo ex Societatis
I E S V Doctoribus.

25. **A** Missō Feudo, amittuntur ne pendentes fructus? Si feudum amittatur non per mortem, sed ob aliam causam, amittuntur fructus pendentes. Si vero per mortem, post Kalendas Maij usque ad finem Augusti fructus pertinent ad heredes; at anteriores ad dominum. Sic Emanuel Saa. Saa.
26. Potest ne quis priuari feudo a Principe sine causa? Minime posse idem Doctor affirmat. Saa.
27. Ligant ne feudales consuetudines etiam Ecclesiam, & Ecclesiasticos? Adhuc Saa ligare quidem docet. Saa.
28. Feudum ab nullum seruitium darum est: succedit ne foemina? Ita planè; solum enim impotentia seruitij peragendi poterat incapacem successionis reddere. Sic Molina. Molina.
29. Vasallus vasalli alicuius domini, est ne ipius domini vasallus? Non esse Saa ex Sylo. afferuit. Saa.
30. Episcopus Regis feudatarius cuinam potius tenetur obediens, Pontificis, an Regi? Pontifici quidem, supremæ scilicet potestati.



E X A M E N XII.

De Iustitia & iure, circa materiam de Ludo, ex
Fortunæ contractu.

C A P V T P R I M V M.

Quid Ludus, quoniammodo licitus, & vitiosus?

- Q**uid est Ludus? Contractus, quo victori certaminis res ab utroque apposita tribuitur. Porro contractus hic mixtus est ex duobus: uno quidem innominato, quo unus ludentium periculo exponit aliquod interesse in alterius commodum: ut alter simili modo aliud interesse in illius commodum exponat; altero autem nominato ludo, quo Ec 2 utique